Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



IERE

auditui fortitudinis locumini et cantate tu
ba in ira: clamate fortiter et tacite.
Exercituum et magnificamini civita
tes munitas: levate fiducialiter: ne timeas
fortissimum et nolite timere: ira ma
lum ego adducam ab aquilone et
afflictionem magnam. Ascendit leo de
cubili suo: et prædo gentium se levavit.
Egressus est de loco suo: ut ponat terram
tuam in desolationem. Civitates tu
æ vastabuntur remanentes absque ha
bitatore. Ideo accingite vos cilicio
lamentamini et ululate: quia non
est avversa ira furoris domini a nobis.
Et erit in die illa dicit dominus
peribit cor regis et cor principum:
et obstupescent sacerdotes et prophete
admirabuntur. Et dixi: heu heu heu
domine deus: quare decepisti populum
istum et iherusalem dicens: pax erit nobis:
et ecce pervenit gladius usque ad ani
mam. In tempore illo dicetur populo hu
ic et iherusalem: Ventus urens in viis
que sunt in deserto: viæ filie populi
mei: non ad ventilandum et ad pu
rgandum. Spiritus plenius exhibis venient
michi: et nunc ego: et loquar iudi
cia mea cum eis. Ecce qui nubes
ascendent: et qui tempestas currus ei
velociores aquilis equi illi: Ve
nobis quia vastati sumus: Lava
a malicia cor tuum iherusalem: et salva
fias. Usque quo morabuntur in te co
gitationes noxie? Vox enim annun
tiantis a dan: et nunc fantasis
ydolum de monte ephraim. Con
citate gentes. Ecce audivit et in
iherusalem custodes venire de terra longi
qua: et dare super civitates iuda
vocem suam. Qui custodes agro
rum sunt super eam in gyro: quia
me ad iracundiam provocaverunt.

dicit dominus ds. Ve tibi et cogi
tationes tue fecerunt tibi hec: ista
malitia tua quia amara: quia tetigit
cor tuum. Ventrem meum: ventre
meum doleo: sensus cordis mei turbati
sunt in me. Non tacebo: quoniam
vocem audivit anima
mea clamorem prelii. Contritio super
afflictionem vocata est: et vastata e
omnis terra. Repente vastata sunt
tabernacula mea: subito pelles mee. Usque
quo videbo fugientem
aciem vocem bellicam? Quia stul
tus populus meus me non cognovit:
filii insipientes sunt et vecordes.
Sapientes sunt ut faciant mala:
bona autem facere nescierunt. Aspexi terram
et ecce vacua erat et nihil: et celos
et non erat lux in eis. Vidi mon
tes et ecce movebantur: et omnes
colles conturbati sunt. Intuitus sum
et ecce non erat homo: et omne vo
latile celi recessit. Aspexi et ecce car
melus desertus: et omnes urbes eius
destructe sunt a facie domini et a
facie furoris ire eius. Hec enim dicit
dominus: Deserta erit omnis terra:
sed tamen consumationem non faciam. In
gebit terra et luctebunt celi desuper:
eo quod locutus sum. Cogitavi et non
penitebit me: nec avertam eum ab eo
aduersa equitis et mittentis sagittam.
Fugit omnis ciuitas. Ingressi sunt
arbusta: et ascenderunt rupes. Omnis
ciuitas derelicta est: et non habitat
in eis homo. Tu autem vastata quid
facies? Cum vestieris te coccino: cum
ornata fueris monili aureo: et pos
ueris stibio oculos tuos: frustra com
poneris. Contempserunt te amatores
tui: animam tuam quærent. Quia audi
vi vocem quasi parturientis angustias

al. et nunc ecce ego loquar.